

## Aduertencias para

posse, sed ea perinde haberi & reputari debe-  
re, ac si nunquam emanassent, au&orite Apo-  
stolica declarauit ac etiam statuit & ordina-  
uit. Hæc Pius. 4. En qualiter Pontifex priui-  
legia, exemptiones, immunitates, facultates, in-  
dulta, confessionalia, Maremagnum, et alias  
quascunq; gratias, quibuscumque locis & per-  
sonis concessas reuocat, in his, in quibus statu-  
tis et decretis Sacri Concilij Tridentini con-  
trariantur.

¶ Sed Pius. 5. gloriosæ memoriæ, Romæ  
apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Do-  
minicæ millesimo quingentisimo sexagesimo  
septimo, decimo septimo Kalendas Iulij Pon-  
tificatus sui anno secundo, ex certa scientia, &  
de plentudine potestatis omnia & singula Re-  
gularium & Monialium priuilegia[ etiam Vi-  
uæ vocis Oraculo] immunitates indulgenti-  
as, facultates, libertates, indulta, dispensatio-  
nes, fauores, & gratias quæ decretis Concilij  
Tridentini, non contrariantur expresse con-  
firmavit innouauit, et de novo concessit, atque  
perpetuam roboris firmatatem obtainere, et sic  
miter obseruari præcepit, etiam Viuæ vocis  
Oraculo in genere vel in specie tam per Eu-  
genium. 4. Sixtum etiam. 4. Leonem. 10. Pau-  
lum.